

Chald. qui in eo libro est originalis, habet: *Pec-
cata tua iustitia redime*, unde subinde etiam
noster interpretes iustitiam pro misericordia ac-
cipit, ut Proverb. 11, 4: *Iustitia* (id est, ele-
mosyna) *liberat à morte*; præcessit enim: *Non
proderunt divitiæ* (avarè reconditæ) *in die ultio-
nis*; et psal. 111, 9, quod citat Apostolus 2
Cor. 9, 9: *Dispersit, dedit pauperibus, iustitia*
(id est, elemosyna) *ejus manet in seculum seculi*.
misericordia ergo vocatur iustitia, eò quòd pro-
pria iustorum et sanctorum virtus sit miseri-
cordia, idemque sanctus sit et misericors.
Unde et sanctus hebr. vocatur *claudis*, id est,
pius; et contrariò, *viscera impiorum sunt crudelia*,
ut dicitur Proverb. 12, 10. Vide dicta 2 Cor. 9, 9.

VERS. 14 et 15. — NON NEGABIS MERCEDEM IN-
DIGNENTIS, ETC., SED EADÉM DIE REDDES ET PRETIUM
LABORIS, ETC., QUIA PAUPER EST, ET EX EO SUSTEN-
TAT ANIMAM SEAM. Merces hinc jubetur solvi pau-
peribus eodém die, quo laborant, ante solis
occasum; quia ex eà dietim vivere, suamque fa-
miliam alere debent.

VERS. 16. — NON OCCIDENTUR PATRES PRO FILIIS.
Lyrar. censet penam, non tantùm damni, sed
et sensus, puta tormenta et mortem, posse in-
fligi filiis pro peccatis parentum, idque non tan-
tùm à Deo, sed etiam ab hominibus, puta à ju-
dicibus et principibus. Verùm hoc repugnat huic
versu, idque bene confutat Gabriel Vasquez 1-2,
q. 85, art. 4, disp. 155, cap. 3.

CAPUT XXV.
1. Si fuerit causa inter aliquos, et interpella-
verint iudices, quem justum esse perspexerint,
illi iustitiæ palmam dabunt; quem impium, con-
demnabunt impietatis.

2. Sin autem eum qui peccavit, dignum vide-
rint plagis, prosternent, et eorum se facient ver-
berari. Pro mensurâ peccati erit et plagarum
modus;

3. Ita duntaxat ut quadragenarium numerum
non excedant; ne fœdè laceratus ante oculos
tuos abeat frater tuus.

4. Non ligabis os bovis terentis in arâ fruges
tuas.

5. Quando habitaverint fratres simul, et unus
ex eis absque liberis mortuus fuerit, uxor de-
functi non nubet alteri, sed accipiet eam frater
ejus, et suscitabit semen fratris sui:

6. Et primogenitum ex eâ filium nomine il-
lus appellabit, ut non deficiat nomen ejus ex
Israel.

7. Sin autem noluerit accipere uxorem fratris

VERS. 19. — QUANDO MESSUERIS SEGETEM IN
AGRO TUO, ET OBLIUS MANULORUM RELIQUERIS, NON
REVERTERIS, UT TOLLAS ILLUD. Jubetur hic et Le-
vit. 19, 9, spicilegium et racematio post vinde-
miam, relinquere pauperibus; idem statuit de fru-
gibus, id est, fructibus olivarum, in oleâ post
collectionem remanentibus. Hæc ergo sunt præ-
cepta misericordiæ, non iustitiæ.

Nota hoc capite quàm Deus sit tutor et ulor
pauperum, quàmque velit eis subveniri, nec
lædi: *Ne clamet*, inquit, v. 15, *contra te ad Do-
minum, et reputetur tibi in peccatum*. Gelebro et
omnium ore vulgatum exemplum extat in Hol-
landiâ: uxor enim comitis Hollandiæ pauperu-
lam medicamentam repellens, eamque insulsum
adulterii, eò quòd tam numerosam prolem ha-
beret, ab eâ maledicta est, ut tot proles pare-
ret, quot sunt dies in anno. Maledictionem exau-
dit Deus, fecitque ut uxor comitis suo partu 565
proles pareret, quæ omnes baptizate sunt, et
mox post baptismum mortuæ. Extat hujus pro-
digii pictura in monasterio virginum inter Ley-
dam et Hagam Comitum. Idem proorsus contigisse
Margaretæ uxori comitis Holsteiniæ narrat Cran-
tzius in Histor. Wandaliæ, et annales Brunsvi-
censium anno Domini 1315. An idem sit hoc
prodigium cum priore, ut eos fecerint non va-
cine voces Holsteiniæ et Hollandiæ, non la-
boro, dummodò rem verissimam esse non du-
bitemus.

CHAPITRE XXV.

1. S'il s'exécute un différend entre deux hom-
mes, et qu'ils portent l'affaire devant les juges,
celui qui ils reconnaîtront avoir la justice de son
côté sera justifié par eux, et gagnera sa cause;
et ils condamneront d'impïeté celui qu'ils au-
ront jugé impie.

2. Que s'ils trouvent que celui qui aura fait
la faute mérite d'être battu, ils ordonneront qu'il
soit couché par terre, et qu'il soit battu devant
eux. Le nombre des coups se réglera sur la qua-
lité du péché.

3. En sorte néanmoins qu'il ne passera point
celui de quarante, de peur que votre frere ne
s'en aille, ayant été déchiré misérablement de-
vant vos yeux; ce qui serait un spectacle indigne
de vous, qui devez être pleins de charité.

4. Vous ne lierez point la bouche du bœuf
qui foule vos grains dans l'arê, mais vous lui lai-
serez la liberté d'en manger.

5. Lorsque deux freres auront demeuré en-
semble dans la même ville ou dans la même pays,
et que l'un d'eux sera mort sans enfants, la
femme du mort n'en épousera point d'autre que
le frere de son mari qui la prendra pour femme,
et suscitera des enfants à son frere.

6. Et il donnera le nom de son frere à l'aîné
des fils qu'il aura d'elle, afin que le nom de son
frere ne se perde point dans Israel.

7. Que s'il ne veut pas épouser la femme de

sui, quæ et lege defetut, perget mulier ad por-
tam civitatis; et interpellabit majores natu, di-
cens: Non vult frater viri mei suscitare no-
men fratris sui in Israel, nec me in conjugem
sumere.

8. Statimque accessit eum facient, et inter-
rogabunt. Si responderit: Nolo eam uxorem ac-
cipere:

9. Accedet mulier ad eum coram senioribus,
et tollit calcamentum de pede ejus; spuetque
in faciem illius, et dicit: Sic fiet homini, qui
non ædificat domum fratris sui.

10. Et vocabitur nomen illius in Israel; do-
mus discalceati.

11. Si habuerint inter se jorgium viri duo,
et unus contra alterum fixari coeperit, volens-
que uxor alterius erueri virum suum de manu
fortioris, miserique manum, et apprehenderit
verenda ejus.

12. Abscides manum illius, nec flecteris super
eam ullâ misericordiâ.

13. Non habebis in sacculo diversa pondera,
majus et minus:

14. Nec erit in domo tuâ modius major et
minor.

15. Pondus habebis justum et verum, et mo-
dius æqualis et verus erit tibi; ut multo vivas
tempore super terram, quam Dominus Deus tuus
dederit tibi.

16. Alominatur enim Dominus Deus tuus
cum qui facit hæc, et aversatur omnem injusti-
tiam.

17. Memento quæ fecerit tibi Amalec in viâ,
quando egrediebaris ex Ægypto:

18. Quomodò occurrerit tibi, et extremos
agminis tui, qui lassè residebant, ceciderit,
quando tu eras fame et labore confectus, et non
timebat Deum.

19. Cum ergo Dominus Deus tuus dederit tibi
requiem, et subjecerit cunctas per circuitum na-
tiones, in terrâ quam tibi pollicitus est, delebis
nomen ejus sub celo. Cave ne obliviscaris.

COMMENTARIUM.

VERS. 3. — ITA DUNTAXAT, ET QUADRAGENARIUM
NUMERUM NON EXCEDANT, CAUSA SUBDITTE: NE Fœ-
DÈ LACERATUS ANTE OCULOS TUOS, ABEAT FRATER
TUUS. Ita Paulus: *Quinquages*, inquit, *quadragenas*
quâ minus accipi, 2 Corinth. 11, 24.

VERS. 4. — NON LIGABIS OS BOVIS TERENTIS IN
ARÊA FRUGES, QUIA PAR EST, UT ANIMALIA LABO-
RANTIA comedant; quare veto claudi capistro
ora triturantium, ne comedant ex suâ triturâ.
Solebant enim in Palestinâ, uti etiamnum in
Canariis et nonnullis regionibus sit, per boves,

son frere, qui hinc est due selon la loi, cette femme
ira à la porte de la ville, et elle s'adressera aux
anciens, et leur dira: Le frere de mon mari ne
veut pas susciter dans Israel le nom de son frere
ni me prendre pour femme.

8. Et aussitôt ils le feront appeler et ils l'in-
terrogeront. Si l'on répond: Je ne veux point épou-
ser cette femme,

9. La femme s'approchera de lui, devant les
anciens, et lui ôtera son soulier du pied, comme
pour le puaire de ce qu'il ne veut pas mettre le pied
dans la famille de son frere, ni prendre possession
de son heritage, et elle lui crachera au visage, en
disant: C'est ainsi que sera traité celui qui ne
veut pas établir la maison de son frere;

10. Et sa maison sera appelée, dans Israel, la
maison du déchaussé.

11. Si arrive un démêlé entre deux hommes,
et qu'ils commencent à se quereller l'un l'autre,
et que la femme de l'un, voulant tirer son mari
d'entre les mains de l'autre qui sera plus fort
que lui, étende la main sur ce frere, et le presine
par un endroit que la pudeur défend de nommer,

12. Vous lui couperez la main; sans vous
laisser fléchir d'aucune compassion pour elle.

13. Vous n'aurez point en réserve plusieurs
poids, l'un plus fort et l'autre plus faible;

14. Et il n'y aura point dans votre maison une
mesure plus grande et une plus petite.

15. Vous n'aurez qu'un poids juste et vérita-
ble, et il n'y aura chez vous qu'une mesure qui
sera la véritable et toujours la même, afin que
vous viviez longtemps sur la terre que le Sei-
gneur votre Dieu vous aura donnée.

16. Car le Seigneur votre Dieu a eu abomi-
nation celui qui fait ces choses, et il a horreur
de toute injustice.

17. Souvenez-vous de ce que vous a fait Ama-
lec, dans le chemin, lorsque vous sortiez de
l'Égypte.

18. De quelle sorte il marcha à vous, et tailla
en pièces les derniers de votre armée, que la
lassitude avait obligés de s'arrêter, lorsque vous
étiez vous-mêmes tout épuisés de faim et de
travail, sans qu'il ait eu aucune crainte de Dieu.

19. Lors donc que le Seigneur votre Dieu
vous aura donné du repos, et qu'il vous aura
assujéti toutes les nations situées tout autour
de vous, dans la terre qu'il vous a promise,
vous exterminerez de dessous le ciel le nom
d'Amalec. Et prenez bien garde de ne le pas ou-
blier. 2. Si méconnu signis ovæ, commentum

qui circumacti, unguis pedum suorum segetes
terchant, grana excutere. Unde Poeta: *Bobus
que triturant*. Ilunc esse sensum litteralem,
patet ex ipsis verbis, quæ hæc legem dicitur
Judeis inculcant.

— Dices: 1 Corinth. 9, v. 9, Apostolus vide-
tur excludere hunc sensum, ait enim: *Nam
quid de bobus cura est Deo?* — Respondet Abul-
Apostolus alium asserere sensum litteralem In-
jus loci, eumque præcipuum, cum quo tamen
noster hic de bobus, qui minus præcipuus est,

consistat, q. d. Apostolus : Minus præcipua Dei cura est de bobus, præcipua verò est de prædicatoribus verbi Dei. Verùm, non esse hos duos sensus literales, patet; nam hos literaliter non significat prædicatorem, sed tantum verum bovem, prædicatorem verò tantum significat typicè, quia videlicet, bos ad laborem natus, est typus prædicatoris, qui in agro Domini quasi bos laborat. Ergo, cum literaliter hæc sententia intelligatur de veris bobus triturantibus, non potest literaliter accipi de prædicatoribus, sed tantum typicè; alioqui enim omnis allegoria esset sensus literalis, quod planè est falsum. Nam sensus literalis est is, qui primò per sententiam aliquam significatur; allegoricus verò, vel typicus est, qui secundò, seu mediante sensu literalis significatur; sicut ergo umbra corporis non est corpus, ita sensus typicus nequit esse literalis, sed tantum literalis sensu est adumbratus.

Dico ergo : Sensus literalis est de bobus, ut dixi; typicus verò est de prædicatoribus, quem dat Apostolus, scilicet iis dandam esse alimoniam, eosque posse ex Evangelio vivere, sicuti bos altus suà triturà; quorum quia præcipua cura est Deo, ut scilicet, Deus præcipuè hæc lege intenderet significare typicè, prædicatores alendus esse à populo, hinc Apostolus ait : *Namquid de bobus cura est Deo?* q. d. : Præcipua cura Dei in hæc lege, non fuit bovum, sed altius quid spectavit, videlicet, me et mei similes præcones Evangelii, ex eo posse vivere. Apostolus ergo hic, ut et alias sæpè, argumentatur, non ex sensu literalis, sed allegorico; aut potius ex sensu literalis, argumentatur à majori ad minus, ad allegoricum, q. d. : Si bos vivit ex triturà, ergo multò magis prædicator ex suà prædicatione. Ita Tertull. lib. 5 contra Marcion. c. 7, et Theod. hic q. 31. Ubi nota. Licet sensus literalis in Script. sit primus, allegoricum tamen posse esse primarium et præcipuum, sive magis intentum à Spiritu sancto, uti hic fit; unde efflax ex eo duci potest argumentum, quando constat cum verè esse sensum allegoricum, sive mysticum.

VERS. 5.—QUANDO HABITAVERINT FRATRES SEMEL, non in eadem domo, aut loco; hoc enim parum ad rem facit, inquit Abulensis, sed q. d. : Quando simul vixerint fratres, ita ut uno mortuo, alius sit superstes. Est catachresis; solent enim fratres simul in eadem domo, vel urbe, aut certe provincià habitare.

ET UNUS EX EIS ABSQUE LIBERIS MORTUUS FUE-
RIT, UXOR DEFUNCTI NON NUBET ALTERI : SED AC-

CIPIET EAM FRATER EJUS, ET SUSCITABIT SEMEN FRATRIS SUI. Tertul. lib. 4 contra Marc. 34, ver-
tit : *Si quis frater illiberis decesserit, à fratre ipsius supparetur* (id est, substituitur) *semen illi, vel, ut Cajetan. ad verbum vertit, levir accipiet eam sibi in uxorem, et levirabit eam.* Officium enim leviri erat, fratrem ducere, et ex eà fratri defuncto semen suscitare, quod Cajetan. ex hebræo vocat *levirare*. Suscitare ergo senem fratris, est generare prolem fratri, seu qua fratri defuncti censeatur esse proles, illicque arrogetur.

Nota *et frater* : licet enim Calvinus per fratrem intelligat cognatum, quia, inquit, Levit. 18, 16, vetatur, ne frater ducat uxorem fratris sui, tamen quia hic cognati nulla fit mentio, semperque ingeminatur nomen fratris, hinc Abulens., Cajet., et alii passim, fratrem hic propriè dictum accipiunt, itaque interpretati sunt Hebræi prisci, ut patet Matth. 12, 25; Marci 12, 20; Genes. 38, vers. 8 et 11. Unde patet, legem hanc exceptionem esse ab illa Levit. 18, ut ibi dixi. Hinc sequitur, legem hanc tantum obligare fratres defuncti, non cognatos. Fratres, inquam, singulos, quemque ordine suo, ita ut si secundus frater, pariter ac primus, sine liberis decederet, fratrem ducere deberet tertius frater; quòd si is illiberis decederet, deberet eam ducere quartus frater, usque ad ultimum, ut patet Matth. 22, 23. Reliqui ergo cognati, quique ordine suo, post fratres, jus quidem propinquitatis habebant ad uxorem defuncti, et consequenter ad ejus hereditatem; sed, si nolent eam ducere, velentque cedere hereditate, non notabant infamiam hujus legis, ut patet Ruth. 4, vers. 6; uxor verò defuncti tenebatur nubere, non alteri quam fratri, aut cognato mariti sui defuncti, si is eam ducere vellet. Ita Abulensis.

Quæres, quid si frater defunctus reliquisset filiam, non filium, namquid frater superstes debebat defuncti uxorem ducere? — Aliqui censent quòd non, quia filia hæc nupsisset viro, ex quo suscepisset prolem, quæ nominata fuisset nomine avi, ejusque familiam et nomen continuasset, ut patet de filiabus Salphaad, Numer. 27. Verum Abulens. et alii probabilius censent hoc casu fratrem debuisse ducere fratrem, puta uxorem fratris defuncti; ratio est, quia frater fratri debet suscitare semen; suscitare autem semen, est suscitare prolem masculam, quæ fratris defuncti nomen et stirpem propaget; femine enim nunquam gerunt nomen patris, vel avi, sed mariti; si tamen

defuncto fratre, filia fuisset superstes, nec superfuisset frater, qui suscitasset semen fratri defuncto, tunc filia ista accepisset hereditatem patris sui, et qui eam duxisset, suscitasset semen patri ejus defuncto, ut patet Num. 27.

VERS. 6.—ET PRIMOGENITUM EX EA FILIUM NOMINE ILLIUS (FRATRIS DEFUNCTI) APPELLABIT. Hebr. est : *Primoogenitus stabit nomine fratris sui*, id est, primoogenitus vocabitur filius, non patris, sed patris sui defuncti, ejusque hereditatem adibit; reliqui verò filii, quos generabit, fratris generantis esse censebuntur, ejusque nomine vocabuntur, ut ita et ipse post se stirpem et familiam suam relinquat.

Quæres, quæ fuit causa hujus legis? — Respondeo : Prima fuit ad multiplicandum familias; frater enim suscitans semen fratri, primò, instaurabat familiam fratris sui, deinde suam. Secundo, ut viduæ subveniretur. Tertio, quia illa ætate summum erat desiderium liberorum, summaque morientis erat tristitia, sine prole defungi; huic ergo lenienda lex hæc serviebat, unde etiam ante hanc legem, in statu legis nature idem erat mos, ut patet de Thamar, Genes. 38, 8 et seq. Quarto, ne hereditas tribum et familiarum confunderetur; nam si viduæ alienis nupsissent, bona sua in exteris familiis transtulissent. Unde Judæi à captivitate babilonica, quæ vel erepta vel confusa fuerunt eorum possessiones, non servant hanc legem, dicuntque eam jam cessante causâ cessasse, et abolitam esse. Verum non hæc una, sed plures alie fuerunt hujus legis cause, quæ etiamnum apud eos locum habere possunt, ut hoc solo nomine lex hæc non sit abolita. Quinto, ut fraternæ charitatis et dilectionis officium sanciretur, cum alter alterius posteritatem, velut propriam jubebatur curare. Sexto, ut superstites admonerentur officii in suos defunctos, ne videlicet eorum obliviscerentur, sed honore simul et amore eos prosequerentur. Septimam causam dat Procopius, et Julius Africanus apud Eusebium lib. 4 Hist. c. 7 : *Quia, inquit, nondum certa et indubitata resurrectionis spes Judæorum animis penitus insidebat, idcirco futuram resurrectionis promissionem, in hæc mortali et caducâ resurrectionis spe, imitatione quadam adumbrarunt, quò nomen ejus qui vitam cum morte commutarat, non prorsus ex omni memoria deleteretur.* Frater enim mortuus quodammodo resurgebat per semen à fratre suscitatum.

Allegoricè causam dat S. August. lib. 22 contra Faustum cap. 10; et ex eo Rupert.

Unusquisque, ait, Evangelii prædicator ita debet in Ecclesia laborare, ut defuncto fratri, id est, Christo, suscitet semen, qui pro nobis mortuus est, et quod suscitatum fuerit, ejus nomen accipiat, ut vocetur Christianus, non Petrianus nec Paulianus; hic verò, qui sibi et Ecclesie prodest, rectè intelligitur utroque pede calcatus; qui autem curam refugit aliorum lucrandorum, discaleat illius in lege, non figuratum significabit, sed in se impletum portabit opprobrium, ut scilicet vocetur domus discaleatus; ita et S. Greg. 1 p. Pastor. c. 5.

VERS. 8 ET 9.—SI RESPONDERIT : NOLO EAM UXOREM ACCIPERE, ACCEDET MULIER AD EUM, ETC., ET TOLLET CALCEAMENTUM DE PEDE EJUS, SPUEQUE IN FACIEM ILLIUS, q. d. : Notabit enim infamiam; hæc enim sunt note conditionis servilis; vix enim mancipii in faciem spuinus. Idem significat discaleatio; servum enim incedebant nudipedes, sine calcis, q. d. : Talis indignus est qui gestet calcem, id est, qui versetur inter ingennos, eò quòd fratris uxore, æquè ac hereditate et familiâ se abdicavit; hoc enim est animi illiberalis et vilis. Rursum, talis in facie conspuitur, et calcis nudatur, ut summa et ima pars hominis contumelia afficiatur, itaque totus homo infamia notetur; ut significetur, quòd talis omni honore nudatus sit, à capite usque ad calcem. Ita Abul. Oleast. et Fervardentius in Ruth c. 4 Tertio, calcens est quasi domus pedis; quia ergo hic sibi tantum vult domum, id est, familiam, ædificare, non fratri, hinc unum retinet calcem, alterum verò perdit. Plura calcis symbola explicui ad Ephes. 6, 15.

QUI NON ÆDIFICAT DOMUM, id est, familiam, hoc est, qui non suscitât proles fratri suo. Sic Lia et Rachel dicuntur ædificasse domum, id est, familiam, Israel, Ruth 4, 11. Vide dicta Exodus 1, 1.

VERS. 11 ET 12.—SI, ETC., UXOR APPREHENDERIT VERENDAM EJUS (VIRI RIXANTIS CUM SUO MARITO), ABSCIDENS MANUM ILLIUS; tum quia hic contactus pudendus est. Ita Vatabl. et Cajet. qui ait : *Horret lex, ut membra viri, quæ directè ad periculum muliebrem sexum producta sunt, mulier audeat ledere;* hæc enim apprehensio ad rixam et pugnam inhibendam facta erat violenta et læsiva; tum quia in violentià verendorum apprehensione tantus est dolor, ut homo fiat immobilis, et ab alio, quocum rixatur et pugnat, facillimè possit occidi, q. d. : Uxor hæc apprehendendo verenda viri, fuit occasio, vel causa cædis ipsius; ergo perdat ma-

num; qua ea apprehendit. Mulier enim hæc, volens in rixâ adjuvare maritum suum, idcirco apprehendebat viri, cum quo ille rixabatur, veniens, ut eum inbellent et enervem redderet, itaque cum marito credendum et prosperandum obijceret; cooperantur ergo ipsa rixæ et cædi;

CAPUT XXVI.

1. Cùmque intraveris terram, quam Dominus Deus tuus tibi daturus est possidendam, et obfiteris eam, atque habitaveris in eâ,

2. Tollés de cunctis frugibus tuis primitias, et ponés in cærâla, pergesque ad locum, quem Dominus Deus tuus elegerit, ut ibi invocetur nomen ejus :

3. Accedesque ad sacerdotem, qui fuerit in diebus illis, et aies ad eum : Profiteor hodiè coram Domino Deo tuo, quod ingressus sum in terram, pro qua juravi patribus nostris, ut daret eam nobis.

4. Suscipiensque sacerdos cartallum de manu tua, ponet ante altare Domini Dei tui :

5. Et loquens in conspectu Domini Dei tui : Syrus persequatur patrem meum, qui descendit in Ægyptum, et ibi peregrinatus est in paucissimo numero : crevitque in gentem magnam ac robustam et infinitæ multitudinis.

6. Affixeruntque nos Ægyptii, et persecuti sunt imponentes onera gravissima :

7. Et clamavimus ad Dominum Deum patrum nostrorum : qui exaudivit nos, et respexit humilitatem nostram, et laborem, atque angustiam;

8. Et eduxit nos de Ægypto in manu forti, et brachio extenso, in ingenti pavore, in signis, atque portentis :

9. Et introduxit ad locum istum, et tradidit nobis terram lacte et melle manantem.

10. Et idcirco nunc offero primitias frugum terræ, quam Dominus dedit mihi. Et dimittes eas in conspectu Domini Dei tui, et adorato Domino Deo tuo.

11. Et epulaberis in omnibus bonis, quæ Dominus Deus tuus dederit tibi, et domui tuæ, tu et Levites, et advena qui tecum est.

12. Quando compleveris decimam cæctarum frugum tuarum, anno decimarum tertio, dabis Levite, et pupillo et viduæ, ut comedant intra portas tuas, et saturentur;

13. Loquensque in conspectu Domini Dei tui : Abstulit quod sanctificatum est de domo meâ, et dedi illud Levite, et advenæ, et pupillo; ac

hinc justè hic manu muletatur. Ita Abulens, Vens 19. — DELEBIS NOMEN EJUS (Amalec) SUB CÆLO q. d. : Ita percuties Amalecitas, ut nulla eorum memoria in terrâ supersit inter homines, uti jam nullam superesse videmus. Ita delentur, qui persequuntur fideles et sanctos.

CAPITRE XXVI.

1. Lorsque vous serez entrés dans le pays dont le Seigneur votre Dieu doit vous mettre en possession, que vous en serez devenus les maîtres, et que vous vous y serez établis,

2. Vous prendrez les prémices de tous les fruits de votre terre, et les ayant mis dans un panier, vous irez au lieu que le Seigneur votre Dieu aura choisi pour y faire invoquer son nom.

3. Là, vous approchant du prêtre qui sera en ce temps-là, vous lui direz : Je reconnais aujourd'hui publiquement, devant le Seigneur votre Dieu, que je suis entré dans la terre qu'il avait promise avec serment à nos pères de nous donner.

4. Et le prêtre prenant le panier de votre main, le mettra devant l'autel du Seigneur votre Dieu.

5. Et voici ce que vous direz en la présence du Seigneur votre Dieu : Lorsque Laban le Syrien poursuyvait Jacob mon père, il se retira dans la terre de Chanaan : ensuite il descendit en Égypte, et y demeura comme étranger, ayant très-peu de personnes avec lui ; mais il s'accrut depuis, jusqu'à former un peuple grand et puissant, qui se multiplia jusqu'à l'infini.

6. Cependant les Égyptiens, jaloux de cette bénédiction que Dieu nous donnait, nous affligèrent et nous persécutèrent, nous accablant de charges insupportables ;

7. Mais nous criâmes au Seigneur, le Dieu de nos pères, qui nous exauça, et qui, regardant favorablement notre affliction, nos travaux et l'extrémité où nous étions réduits,

8. Nous tira d'Égypte par sa main toute-puissante et en déployant toute la force de son bras, ayant jeté une frayeur extraordinaire dans ces peuples, par des miracles et des prodiges inouis ;

9. Et il nous a fait entrer dans ce pays, et nous a donné cette terre où coulent des ruisseaux de lait et de miel.

10. C'est pourquoi l'offre maintenant les prémices des fruits de la terre que le Seigneur m'a donnée, pour lui en marquer ma reconnaissance. Vous laisserez ensuite ces prémices devant le Seigneur votre Dieu, et après avoir adoré le Seigneur votre Dieu ;

11. Vous vous nourrirez avec joie de tous les biens que le Seigneur votre Dieu vous aura donnés, et à toute votre maison, vous, et le Léuite, et l'advenner qui est avec vous.

12. Lorsque vous aurez achevé de donner la dime de tous vos fruits, vous donnerez la troisième année les dîmes aux Léuités, à l'orphelin et à la veuve, afin qu'ils mangent au milieu de vous, et qu'ils soient rassasiés.

13. Et vous direz ceci devant le Seigneur votre Dieu : J'ai ôté de ma maison ce qui vous était consacré, et je l'ai donné aux Léuités, à l'étranger, à l'orphelin et à la veuve, comme vous me l'avez commandé ; je n'ai point négligé

vidue, sicut jussisti mihi ; non præterivi mandata tua, nec sum oblitus imperii tui.

14. Non comedi ex eis in luctu meo, nec separavi ea in quolibet immundità, nec expendi eis lux quidquam in re funebri : obedi vi voci Domini Dei mei, et feci omnia sicut præcepisti mihi.

15. Respice de Sanctuario tuo, et de excelsis caelorum habitaculo, et benedic populo tuo Israel, et terræ, quam dedisti nobis, sicut jurasti patribus nostris, terræ lacte et melle mananti.

16. Hodie Dominus Deus tuus precepit tibi ut facias mandata hæc atque judicia : et custodias et impleas ex toto corde tuo, et ex tota anima tua.

17. Dominum elegisti hodiè, ut sis tibi Deus, et abules in viis ejus, et custodias præcepta illius, et mandata atque judicia, et obediàs ejus imperio.

18. Et Dominus elegit te hodiè, ut sis et populus peculiaris, sicut locutus est tibi, et custodias omnia præcepta illius :

19. Et faciat te excelsiorem cunctis gentibus quas creavit, in laudem, et nomen, et gloriam suam, ut sis populus sanctus Domini Dei tui, sicut locutus est.

COMMENTARIUM.

Vers. 1. — **OBTIENERIS EAM.** Ergo hæc lex non obligavit Hebræos nisi septimo anno ab ingressu in Chanaan, quo devictis Chanaanæis terram obtinuerunt et colerunt, atque deinceps. Ita Abul., *analech septi diei aditæ in eam*.

Vers. 2. — **TOLLÉS DE CUNCTIS FRUGIBUS TUIS PRIMITIAS, ET PONES IN CÆRÆLO, IN CÆNISTRO.** Hæc primitias frugum omnium quotannis offerenda erant in festo Tabernaculorum, ut dixi Num. 18, 12 ; tunc ergo faciendâ erat professio quæ hic sequitur : quotannis ergo iteranda erat hæc professio, uti et primitiarum oblatio, idque ad renovandum Dei creatoris, et benefactoris sui memoriam, ne illa in mente eorum consenserecet.

Nota. Gentiles vartis rebus varios deos præfiebant : unde 500 numerabant deos, inquit Varro. Sic segetibus præfiebant Cererem, vel deam Segetiam : cùmque fames aliqua accidisset, eam sacrificiis et ludis placare et propitiare studebant, teste S. Aug. lib. 4 de Civit. c. 8. Ne ergo Judæi idem facerent, neve putarent, se ab alio, quam à Deo vero fruges recipere ; hinc jussit eos idipsum, in harum primitiarum oblatione, profiteri. Porrò Hebræi hanc primitiarum oblationem hæc ritu præctam tradunt.

vos ordonnancez ni oublié èe que vous m'avez commandé :

14. Je n'ai point mangé de ces choses étant dans le deuil ; je ne les ai point mises à part pour m'en servir en des usages profanes ; et je n'en ai rien employé dans les funérailles des morts, comme font les idolâtres ; mais j'ai obéi à la voix du Seigneur mon Dieu, et j'ai fait tout ce que vous m'avez ordonné.

15. Regardez-nous donc de votre Sanctuaire, et de ce lieu où vous demeurez au plus haut des cieus, et bénissez votre peuple d'Israel, et la terre que vous nous avez donnée, selon le serment que vous en avez fait à nos pères ; cette terre où coulent des ruisseaux de lait et de miel.

16. Le Seigneur votre Dieu vous commande aujourd'hui d'observer ces ordonnancez et ces lois, de les garder et de les accomplir de tout votre cœur et de toute votre ame.

17. Vous avez aujourd'hui choisi le Seigneur, en renouvelant l'alliance qu'il a faite avec vous, afin qu'il soit votre Dieu, afin que vous marchiez dans ses voies, que vous gardiez ses cérémonies, ses ordonnancez et ses lois, et que vous obéissiez à ses commandemens.

18. Et le Seigneur vous a choisi de nouveau aujourd'hui, afin que vous soyez son peuple particulier, selon qu'il vous l'a déclaré, afin que vous observiez ces préceptes.

19. Et qu'il vous rende le peuple le plus illustre de toutes les nations qu'il a créées pour sa louange, pour son nom et pour sa gloire, et que vous soyez le peuple saint du Seigneur votre Dieu, selon qu'il vous l'a dit.

Primò, inquit, ponebantur in cænistro ; secundo, inferbantur in templum ; tertio, elevabantur in altum ; quarto, hebant professio hic præscripta ; quinto, offerrebatur victima pacificæ ; sexto, canebantur psalmi vel hymni, cantus enim sacrificiis jungi solebat. Addunt septimò, offerrent in urbe pernoctasse. Sed hæc non habet Scriptura.

Nota secundo, *de cunctis frugibus* ; cunctarum ergo frugum primitias quotannis Deo offerre debebant Judæi. Errant ergo qui certarum frugum tantum primitias, scilicet mundarum ; non immundarum, iis præceptis fuisse putant. Nam omnes fruges erant mundæ ; sola verò animalia, in munda et immunda separabantur.

Vers. 5. — **ET LOQUENS IN CONSPECTU DOMINI DEI TUI : SYRUS (puta Laban, socer Jacobi, qui habitabat in Mesopotamiâ Syria, Gen. 28, 5) PERSEQUEBATUR PATREM MEUM, scilicet Jacob, fugientem ab eo, et redeuntem ad Isaac in Chanaan : Mesopotamiâ enim Hebr. vocabatur Aram naharain ; id est, Syria fluviorum, quia Tigris et Euphrate cingitur. Secundo, Vatablus vertit : Syrus ille penuriam laborans fuit pater meus, puta Jacob habitans in Syria, q. d. : Has divitias non accepimus à patre nostro Ja-**

col, sed à Deo. Nam Jacob in Syria laboravit penuriam, ita ut Labano servierit: postea idem laborans inopia in terrâ Chanaan, descendit in Ægyptum. Verum prior sensus planior est, epistae sequitur Chaldeus.

ET IBI PEREGRINATUS EST IN PAUCISSIMO NUMERO, 70 hominum, puta filiorum et nepotum.

VERS. 10 et 11. — ET ADORATO DOMINO DEO TEO, EPULABERIS IN OMNIBUS BOVIS, QUÆ DOMINUS DEUS TUIS DEDERIT TIBI. Præcipit hic Deus, ut quilibet de populo offerat frugum primitias Domino, ideòque introeat coram Domino, id est, coram altari holocaustorum, ibique faciat professionem, quâ protestetur se teneri ad hanc oblationem, ob tot à Deo recepta beneficia, maximè liberationis ex Ægypto, et ingressus in Chanaan; deinde, ut ibidem adoret Dominum, scilicet humiliando se coram altari, et orando, ut Deus cum dirigat in bono; quæ omnia in honorem divinum celebrant, erantque actus religionis, quibus peractis epulabatur coram totâ domo suâ, advocans etiam Levitas, et advenas pauperes, idque intra atrium sanctuarii, si aliquam viciniam pacificam obtulisset: sin autem, epulabatur de his quæ secum apportarat, nec erant consecrata Deo, in hospitio aliquo. Epulabatur autem, ut ex delectatione hujus epuli, incitaretur ad frequentandum hos actus gratitudinis et devotionis. Ita Abul.

Abul. Nota hic quàm studiosè Deus à nobis requirat beneficiorum suorum recordationem, et gratiarum actionem. Hæc enim virtus Deo millies debetur, estque propria sanctorum et beatorum. Isaia 51, 5: *Gaudium et lætitia invenietur in eâ (Sione) gratiarum actio et vox laudis.* Apoc. 7, 12, omnes angeli adorant Deum dicentes: *Benedictio, et claritas, et sapientia, et gratiarum actio, honor et virtus, et fortitudo Deo nostræ in secula seculorum. Amen.* Ps. 49, 45: *Inimulo Deo sacrificium laudis.* Ephes. 5, 20: *Implemini Spiritu sancto, loquentes vobismet ipsis in psalmis, et gratias agentes pro omnibus, et ad Philipp. 4, 6: In omni oratione et observatione, cum gratiarum actione petitiones vestre innotescant apud Deum.* S. Aug. Ep. 5 ad Marcellinum: *Quid melius, ait, et animo geramus, et ore promamus, et calamo explanemus, quàm Deo gratias? hoc nil dici brevius, nec audiri lætius, nec intelligi gratius, nec agi fructuosius potest.* Christiani ergo ut minimum manè, vespere, et post cibum dicant: *Deo gratias.*

Fructus gratiarum actionis primus est, quem

dat S. Chrys. in Ps. 7, 48: *« Nihil, ait, æque facit in virtute crescere, atque cum Deo assidue versari et colloqui, eique perpetuè gratias agere et psallere. »* Secundus, quem dat idem Chrysost. hom. 8 in Epist. ad Coloss. In adversis, inquit, iudeis maledicunt, Christiani gratias agunt. *« Vide quanta sit hæc philosophia. Primò, tam Deum laudat; secundò, diabolum pudentiam; tertio, quod malè factum est, nihil esse facis. Nam et tu simul gratias agis, et Deus dolorem amputat, et diabolum abscedit. »* Tertius quem dat Chrysost. ibidem: *« Deus, ait, exigit à nobis gratitudinem, non quòd nostrâ celebratione opus habeat, sed ut quidquid est iusti, iterum ad nos redeat, et dignos nos faciat majoribus subsidiis. »* Quartus exstat ibidem apud Chrysost.: *« Nihil, ait, hæc lingua sanctius est, quæ in adversis Deo gratias agit. Certè non est inferior lingua martyrum: utraque pariter coronatur. »* Ita S. Job in tot adversis ait: *Dominus dedit, Dominus abstulit: sit nomen Domini benedictum.* Excitamentum ad hanc gratitudinem est, consideratio innumerabilium Dei beneficiorum, quæ Deus cuique per se et per Christum, tam generatim, quàm particulatim contulit; quæ sanè exigunt, ut mille mentibus, mille vocibus (si id fieri posset) eum laudarem.

VERS. 12. — QUANDO COMPLEVERIS DECIMAM CUNCTARUM FRUGUM TUARUM, ANNO DECIMARUM TERTIO, DABIS LEVITÆ, ET ADVENÆ, ET PUERULO, ET VIDUÆ. Præcipit hic Deus decimas, quæ singulis triennis separanda erant, et danda pauperibus. Pro quo nota. Tertio quolibet anno triplices à Judeis separabantur et dabantur decime. Nam primò, separabantur decime, quæ dabantur Levitis. Secundò, decime ad iter et ad oblationes ter in anno faciendas Hierosolymæ, in templo. Tertio, erant decime, quæ danda erant pauperibus, de quibus hic agitur, quæ quia ultimæ erant, ideò dicit: *Quando compleveris decimam.* Itaque solutis duabus prioribus decimis, tertio fruges singulorum erant decimande, tertique decime separande erant in usus pauperum. Hinc tertius hic annus vocatur annus decimarum, quia in eo omnes hæc tres decime solvebantur; aliis verò annis tantum due priores solvebantur. Ita Abul.

UT COMEDANT INTRA PORTAS TUIS. Singuli ergo sanctorum urbium pauperes alabant, tertius hinc decimis. Invenitur hoc Christiani.

Nota. Sicut Christus Christianis. Luca: 12, 55, et alibi, ita Moses Judeis tam hic, quàm

c. 14, 24, et toto cap. 45, et alibi sæpè impensè commendat elemosinam ob illustres ejus fructus et prerogativas. Nam primò, elemosyna, ut ait Tobias, c. 4, 11, *ab omni peccato et à morte liberat, et non patitur animam ire in tenebras.* Per charitatis largitatem omne peccatum vincitur, aut declinatur, ait S. Leo serm. 2 de Ascens. Quare miserentur pauperum, qui sibi volunt parcere Christum, ait idem Leo serm. 4 de Collectis. Elemosyna est quasi secundus baptismus, ait S. Ambrosius serm. 52; et S. Leo serm. 2 de Collectis, et Hieron. in psal. 135. Hoc est quod ait Christus: *Date elemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis.* Luca: 11, 41. Elemosyna, inquit S. Chrysost. homil. 53 ad populum, Christi tribunal adstat non tantum patrocinaus, verum etiam persuadens iudici, ut reo patrociniùm præstet, et pro eo sententiam ferat. Unde Jacobi 2, 15, dicitur: *Superexaltat autem misericordia iudicium, græcè, περισσεύει η χάρις τοις κρίμασι;* id est, adversis iudicium gloriatur misericordia, tanquam victrix iudicii. In iudicio enim dicit Christus: *Venite, benedicti Patris mei, possidete regnum, etc. Esurivi enim et dedistis mihi manducare, etc.* S. Greg. hom. 32, in Evang. narrat duos martyres habitu peregrino et monastico matronæ eundem religiose apparuisse, eumque illa eis de more elemosynam offerret, dixerunt: *« Tu nos modò visitas, nos te in die iudicii requiremus, et quidquid possumus præstabilimus tibi. »* Similem opem promississe et præstatisse hoc seculo Carthusianos martyres sub Henrico VIII, Angliæ rege, matronæ cuiusdam agonizanti, quæ eos in carcere elemosynis, omnique obsequio juverat, ab Anglis viris omni fide dignis audivi. Elemosyna est instar sacrificii Deum placantis, ut ait S. August. hom. 29 inter 50, et Apostol. Hebr. 15, 16: *Beneficentia et communionis nocte obtinisci; talibus enim hostiis proneretur Deus.* Vide S. August. lib. 10 Civit. 5. Elemosyna est instar columbe, quæ Gen. 8, 14, reversa est ad Noe in diluvio ferens ramum olivæ. Elemosyna enim offert fiduciam, lætitiàm, pacem et gloriam sempiternam. c. Pennata, inquit S. Chrys. hom. 7 de Penit. est elemosyna, aureas habens alas, quæ ipsos supra modum delectans angelos. Nam ipsa aurum egenis tribuens, aureis in colum alis evolat. Elemosyna opes in tuto locat, puta in celo, per manus pauperum. Ubinam, inquit Chrysost. loco citato, opes deponeamus? transfige sunt (ab uno enim ad alium fugiunt) quomodò tenebantur? Distributa manent, custodita fugiunt. Affert deinde similitudi-

nem frumenti, quod domi retentum, à vermi bus corroditur, et fugit; sparsum vero messem parit uberrimam, et manet. Sic et opes domi asseratæ fugiunt; et manent in pauperes fructum afferunt, et manent. Neque enim diligeret, inquit, poterunt detentæ tot viduarum et pauperum manibus. Et S. Cyprianus tract. de Opere et Elemosynâ: *« Patrimonium, inquit, Deo creditum nec fiseus invadit, nec calumnia aliqua forensis evertit. In tuto hereditas ponitur, quæ Deo custode servatur. »* Elemosyna hominem facit similem Deo. Deus enim est ipsium in se bonum; natura autem boni est ut se alii communicet. *Estote misericordes, sicut et Pater vester misericors est,* ait Christus Luca: 6, 36. Misericordia ergo imaginem Dei misericordis pingit in homine misericordie. Ubi Deus curam misericordie invenit, ibi imaginem suæ pietatis agnoscit, inquit S. Leo serm. 10 de Quadrag. et Clemens Alexan. lib. 2 Strom. e. 9: *« Dei, inquit, imago est homo beneficiens. »* Et Nazianzenus orat. 16 de Pauper fovend. *« Nihil, ait, adeò divinum habet homo, quàm beneficere. »* Deus enim maximè hoc titulo gaudet, quòd vocetur Pater misericordiarum et Deus totius consolationis. Item, misericors et miseror Dominus, longanimitis et multum misericors.

Nihil tam homini proprium, quàm humanitas: verè ergo homo est, qui humanus est erga alios. Hinc manus, oculos, aures, linguam, aliaque membra accepit, non ut sibi soli, sed etiam ut aliis prosit; utque manum, linguam, pedes, etc., aliis commodet et porrigat. Ait poeta: *Regia, crede mihi, res est succurrere lapsis.* Hinc Leo imperator homines misericordes comparabat soli, qui cunctis lucem et calorem suum imperit.

Elemosyna auget merita, et gratiam Deique benedictionem conciliat. Nam, ut ait S. Paulus: *Qui parèc seminat, parèc et metet; et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet,* 2 Corinth. 9, 6. Auget bona temporalia. Scriptum est enim: *Date, et dabitur vobis.* Elemosyna ergo similis est terræ, quam seminavit Isac, quæ reddidit fructum centesimum. Unde Christus sua relinquibus, et distribuentibus in pauperes centuplum promittit. Retè igitur S. August. serm. 25 de Verbis Domini c. 5. *« Focundus est, ait, ager pauperum, citò reddit donantibus fructum. »* Proverb. 28, 27: *Qui dat pauperi, non indigebit; et qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam.* Indicat hoc hydria illa farinæ, et lecythus olei, ex quibus

Elia: eleemosyna est collata. Nam *hydria farina non deficit, et lectus olei non est imminutus*, 5 Reg. 17, 16. Sic et quinque panes dati à Christo in eleemosynam turbe, multiplicati sunt. Eleemosyna enim opes et cibos tenori dat Deo, indeque maximum quantum facit: Proverb. 19, 17: *Feneratur Domino qui miseretur pauperis, et violsitudinem suam reddet ei.* Deus, inquit S. Leo serm. 6 de Jejunio 10 mensis, « fidejussor est pauperum, largissimus redditor usurarum. » Si vis igitur fenerari, fenerare Deo. Merito Chrysost. scripsit homiliam 55, hoc titulo, *quod eleemosyna est ars omnium quasuosissima*. Eleemosyna prebet magnum solatium morituris. Tobia: 12: *Eleemosyna liberat à morte, et ipsa est que facit invenire misericordiam*. Ps. 40, 2: *Beatus qui intelligit super egenum et pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Non sunt hominis bona, inquit S. Ambrosius, que secum ferre non potest, sola misericordia comes est defunctorum*. Hinc liberat à gehennâ. Tobia: 4, 8: *Quomodo poterit, isto esto misericors, premium enim bonum tibi laudaritis in die necessitatis*. Vide parabolam Barthelemy de duobus amicis hominem in morte deserentibus: tertio verò, videlicet virtute et eleemosyna eum defendente, apud Damascenum. Imò eleemosyna Tabitam à morte revocavit. Actor. 9, 40; inquit S. Cyrillus de Operè et Eleemosyna. Eleemosyna edificat aeterna tabernacula in cœlis. Patet hoc exemplo Petri Telonarii, quod extat in Vita S. Joannis Eleemosynarii et alterius quod recenset S. Greg. 4 Dialogorum 56. Hinc S. Leo serm. 6 de Jejunio 10 mensis: « Temporale, ait, donum est in premium transit æternum. » Et Chrysost. hom. 9 de Poenit.: « Mercatura, ait, negotia: quoque tua cœlum est; da panem, et accipe paradisum; parva da, et magna suscipe; da et mortalia, et recipie immortalia. » Eleemosyna ergo in cœlo est quasi œconomus, que cuique pro meritis suum locum et coronam assignat. Scriptum est enim: *Beati misericordes, quantum ipsi misericordiam consequentur*. Hinc Petrus Chrysost. serm. 8 de Jejun. et Eleemosyna: « Manus, ait, pauperis sinus est Abraham, ubi et quicquid pauper accepit, mox reponit. The-saurus cœli est manus pauperis: quod suscipit non pereat in terrâ, reponit in cœlum. Da igitur, o homo pauperi terram, ut accipias cœlum; da nummum, ut accipias regnum, et da mican, ut accipias totum. »

Beatus est dare quod accipere, ait Jesus Christus. Hinc in dando tota natura nobis præ-

bet exemplum. Cœli dant lumen et influxum; gnis dat calorem; aer dat auram quâ respiramus; terra dat tot fructus, mare tot pisces, animalia dant lanam et carnes; Pater æternus dat Filio suam naturam; Pater et Filius eandem dant Spiritui sancto; Filius se dedit nobis in præsepio et in cruce, ac quotidie dat in venerabili Sacramento. Turpissimum igitur erit, si nos, qui ab omnibus creaturis et à Deo quotidie tam multa recipimus, non etiam discamus largiri non habentibus ea quæ possumus. Eleemosyna pauperi datur, sed Christus eam sibi datam reputat. *Escribi, inquit, et deditis mihi manducare*, etc. Escribi voluit Christus in pauperibus, qui dives in cœlo est: et tu dubitas, o homo, dare homini, cum scias te dare Christo? Eleemosyna facit opes sanctas; unde sequitur v. 15: *Attuli quod sanctificatum est, Sanctum est aurum quod captivi redimuntur, sanctum est argentum quod pupillis et viduis datur. Hinc vulgò opera misericordie vocamus opera pietatis; et hebr. *chasid*, id est, pius, vocatur is, qui est misericors. Eleemosyna opem affert orationi. « Efficacissima est ad exorandum Deum postulatio, cui pietatis opera suffragantur, » ait S. Leo serm. 10 de Jejun. 10 mensis. Tobia: 4, 7: *Noti avertite faciem tuam ab ullo paupere; tu enim fiet, ut nec à te avertatur facies Domini*; S. Aug. in Psal. 42: « Vis, ait, orationem tuam volare ad Deum, fac illi duas alas, jejunium et eleemosynam. » Hinc ait Angelus ad Tobiam cap. 12, 8: *Bona est oratio cum jejunio et eleemosyna*.*

Omnes sumus mendici Dei. Quid sunt opes, nisi eleemosynæ divitibus à Deo data? dent igitur ipsi pariter ex iis partem pauperibus: « Mendici Dei sumus; ut agnoscat Deus mendicos suos, agnoscamus nos nostros. Quam frontem habes petendo ad Dominum Deum et totum, qui non agnosci parem totum? » ait S. Aug. serm. 5 de Verbis Domini.

Eleemosyna pugnat apud Deum pro eleemosynario, ut Deus ei ferat auxilium. Eccl. 29, 15: *Conclude eleemosynam in corde pauperis, et hoc pro te exorabit ab omni malo; super scutum potentis, et super lanceam adversus inimicum tuum pugnabit*. Et c. 5, 34: *Deus prospector est ejus qui reddat gratiam; mentium ejus in potuerunt, in tempore casus sui invenit firmamentum, q. d.: Eleemosynarius in adversis à Deo firmabitur et fulcietur; et cap. 17, 18: Eleemosyna viri quasi signaculum cuius ipsi, et gratiam hominis quasi signaculum conservabit, q. d.: Sicut au-*

malis signatorius in digito fertur, et est ante oculos hominis, sic eleemosyna semper observatur oculis Dei, et gratiam hominis, id est, beneficium collatum in pauperem, conservabit Deus quasi pupillam oculi; id est, quasi rem rogatus. Eleemosyna est propria sanctorum illustrium virtus, estque signum prædestinationis Dei. *Induite*, ait Paulus Coloss. 5, 12, *vos, sicut electi Dei, sancti et dilecti viscera misericordie*.

S. Franciscus ita liberalis erat in pauperes, ut à patre prodigalitate coram episcopo accusatus sit, bonisque spontè exutus; hocque fuit primum sanctitatis ejus fundamentum. Serapion etiam vestem donavit seminandus incedens; rogatus, cur? ostendit librum Evangeliorum: *En*, inquit, *qui me spoliat*; ipsamque librum tandem etiam erogavit. S. Catharina Senensis pauperi mendicanti croceam argenteam dedit, cum aliud non haberet. Noctu apprensus ei Christus, dixit se croceam illum in die iudicii publice ostensurum, in signum pietatis, sicut et S. Martino apparuit vestes indutus, quâ pauperem conlexerat. S. Joannes Eleemosynarius fuit mare eleemosynarum, et quò plus dabat, eò plus recipiebat. Solebat ipse pauperes vocare dominos suos, quod ipsi ei opem ferre possent, ne à regno Dei excluderetur. Hinc S. Franciscus fratribus dicebat, ne mendicare erubescerent, quia majora ipsi largiebantur, quam acciperant, et dantes ipsi copiosius dabant, addebatque hanc esse nobilem prodigalitem, que pro pane divinum redderet aureos, ut si quis pro pane daret decem aureos, ideòque Mendicantium ordines divino consilio institutos esse eo tempore, quo refrixerat charitas, ut hac occasione homines divina charitate ditiesscent. S. Ludovicus, rex Galliarum, semper pauperes mensa sine adhibebat, eisque cibum regium subministrabat, cogitans in iis se convivam habere Christum. Rursùm suâ manu iis aliisque pecunias erogabat, dicitans eos esse suos milites, qui regnum defenderent, et idcirco se illis stipendia persolvere. S. Hieronymus ad Nepotian. c. Nunquam, ait, meminim me legisse

malâ morte defunctum qui libenter opera charitatis exhibuit. Habet enim multos intercessores, et impossibile est multorum preces non exaudiri. Auctor ad fratres in eremo apud S. August. serm. 44: « Sola, inquit, misericordia ad Deum deducit hominem; sola Deum deducit ad hominem; nunquam vidi hominem piâ malâ morte finiri. »

Denique eleemosyna est quasi torques aucta nobilium sanctorum ac filiorum Dei, inquit S. Chrysost., imò Salomon Proverb. 3, v. 5, cum ait: *Eleemosyna et veritas te non deserant: circumda eas gutturi tuo, et invenies gratiam et disciplinam bonam coram Deo, et hominibus*.

VERS. 15. — ATTULI QUOD SANCTIFICATUM EST. Pro attuli, lege cum Rom. *abstuli*. Hebr. enim est *barfi*, id est, extuli, abstuli. Ita Septuag., Chald., Vatabl. et alii, q. d.: *E domo meâ abstuli et extuli, o Domine, tertias hasce decimas, quas sanctificavi, id est, separavi, et tibi in pauperibus offerri mandasti. Unde sequitur: Et dedi illud Leviticis, et advenæ, et pupillo, ac viduæ.*

VERS. 14. — NOV COMEDI EX EIS IN LUGTU MEO, q. d.: In calamitate, vel paupertate meâ, si ve inopia pressus, non comedi ex tertis hisce decimis, nec separavi ea in qualibet immunditia, hoc est, nec iis sum usus ad res imundas, ut videlicet ea darem meretricibus, canibus, aut jumentis, q. d.: Hæc decimas aut sanctas, integras et intactas, Deo, id est, pauperibus ejus nomine, separavi et dedi.

VERS. 15. — RESPICE DE SANGUINE TEO. Hebr., respice de habitaculo sanctitatis tuæ, de celo ipso.

VERS. 19. — FACIAT TE EXCELSIOREM CUNCTIS GENTIBUS, QUAS CREAVIT, IN LAudem, ET NOBEM (id est, famam) ET GLORIAM SUAM. In tot enim, tamque variis gentibus, rebusque à se creatis, Deus ostendit infinitam sapientiam suam in ordinando, et immensam potentiam in creando, et immensum amorem in communicando eis suam esse suæque bonæ, ut merito ex hisce omnes assurgere debeant ad Dei laudem et glorificationem. Ita Abulensis.

CHAPITRE XXVII.

1. Moïse et les anciens d'Israël ordonnèrent encore ceci au peuple et lui dirent: Observez toutes les ordonnances que je vous prescrais aujourd'hui.

2. Et, lorsqu'ayant passé le Jourdain, vous serez entrés dans le pays que le Seigneur votre Dieu vous donnera, vous éleverez de grandes pierres que vous enduirez de chaux,

3. Pour y pouvoir écrire toutes les paroles de la loi que je vous donne, quand vous aurez passé

quam Dominus Deus tuus dabit tibi, terram lacte et melle manantem; sicut juravit patribus tuis.

4. Quando ergo transieritis Jordanem, erigite lapides, quos ego hodie præcipio vobis, in monte Hebal, et levigabis eos calce :

5. Et edificabis ibi altare Domino Deo tuo, de lapidibus quos ferrum non tetigit,

6. Et de saxis informibus et impolitis; et offeres super eo holocausta Domino Deo tuo;

7. Et immolabis hostias pacificas, comedesque ibi, et epulaberis coram Domino Deo tuo.

8. Et scribes super lapides omnia verba legis hujus planè et lucidè.

9. Dixeruntque Moyses et sacerdotes Levitici generis ad omnem Israelè : Attende, et audi, Israel : hodie factus es populus Domini Dei tui;

10. Audies vocem ejus, et facies mandata atque justitias, quas ego præcipio tibi.

11. Præcepitque Moyses populo in die illo, dicens :

12. Hi stantur ad benedicendum populo super montem Garizim, Jordane transmissio : Simeon, Levi, Judas, Issachar, Joseph et Benjamin.

13. Et è regione isti stantur ad maledicendum in monte Hebal, Ruben, Gad, et Aser, et Zabulon, Dan et Nephthali.

14. Et pronuntiabunt Levitæ, dicentique ad omnes viros Israel excellè voce :

15. Maledictus homo qui facit sculptile et confatile, abominationem Domini, opus manuum artificum, ponetque illud in abscondito; et respondebit omnis populus, et dicit : Amen.

16. Maledictus qui non honorat patrem suum, et matrem; et dicit omnis populus : Amen.

17. Maledictus qui transfert terminos proximi sui; et dicit omnis populus : Amen.

18. Maledictus qui errare facit cæcum in itinere; et dicit omnis populus : Amen.

19. Maledictus qui pervertit iudicium advenæ, pupilli et viduæ; et dicit omnis populus : Amen.

20. Maledictus qui dormit cum uxore patris sui, et revelat operimentum lectuli ejus; et dicit omnis populus : Amen.

21. Maledictus qui dormit cum omni jumento; et dicit omnis populus : Amen.

22. Maledictus qui dormit cum sorore suâ, filiâ patris sui, vel matris suæ; et dicit omnis populus : Amen.

23. Maledictus qui dormit cum socro suâ; et dicit omnis populus : Amen.

le Jourdain, afin que vous entriez dans la terre que le Seigneur votre Dieu vous doit donner; cette terre coulera des ruisseaux de lait et de miel, selon que le Seigneur l'avait juré à vos pères.

4. Lors donc que vous aurez passé le Jourdain, vous éleverez ces pierres sur le mont Hebal, selon que je vous l'ordonne aujourd'hui, et vous les levigerez de chaux.

5. Vous edificerez là aussi un Seigneur votre Dieu un autel de pierres, où le fer n'aura point touché.

6. De pierres brutes et non polies; et vous offrirez sur cet autel des holocaustes au Seigneur votre Dieu.

7. Vous immolerez en ce lieu des holocaustes pacifiques, dont vous mangerez avec joie devant le Seigneur votre Dieu.

8. Et vous écrirez distinctement et nettement sur les pierres que vous aurez élevées toutes les paroles de la loi que je vous propose.

9. Alors Moïse et les prêtres de la race de Lévi dirent à tout Israël : Soyez attentif, ô Israël! et écoutez : Vous êtes devenu aujourd'hui le peuple du Seigneur votre Dieu :

10. Écoutez donc sa voix, et observez les préceptes et les ordonnances que je vous prescrite.

11. Ce jour-là même, Moïse fit ce commandement au peuple et lui dit :

12. Après que vous aurez passé le Jourdain, Simeon, Levi, Juda, Issachar, Joseph et Benjamin, tous enfans de Lia et de Rachel, se tiendront sur la montagne de Garizim pour bénir le peuple :

13. Et Ruben, qui, par son crime, a perdu son droit d'aînesse, Gad, Aser, Zabulon, Dan, enfans des servantes, et Nephthali, dernier fils de Lia, se tiendront de l'autre côté sur le mont Hebal, pour le maudire :

14. Et les Lévités prononceront ces paroles à haute voix, et diront devant tout le peuple d'Israël :

15. Maudite est l'homme qui fait une image de sculpture jetée en fonte, qui est l'abomination du Seigneur, et l'ouvrage de la main d'un artisan, et qui la met dans un lieu secret, pour l'honorer en son particulier. Et tout le peuple répondra et dira : Amen.

16. Maudite celui qui n'honore point son père et sa mère. Et tout le peuple répondra : Amen.

17. Maudite celui qui change les bornes de l'héritage de son prochain. Et tout le peuple répondra : Amen.

18. Maudite celui qui fait égarer l'aveugle dans le chemin. Et tout le peuple répondra : Amen.

19. Maudite celui qui viole la justice dans la cause de l'étranger, de l'orphelin et de la veuve. Et tout le peuple répondra : Amen.

20. Maudite celui qui dort avec la femme de son père, et qui découvre la couverture de son lit. Et tout le peuple répondra : Amen.

21. Maudite celui qui dort avec toutes sortes de bêtes. Et tout le peuple répondra : Amen.

22. Maudite celui qui dort avec sa sœur, qui est la fille de son père ou de sa mère. Et tout le peuple répondra : Amen.

23. Maudite celui qui dort avec sa belle-mère. Et tout le peuple répondra : Amen.

24. Maudite celui qui frappe son prochain en secret. Et tout le peuple répondra : Amen.

25. Maudite celui qui reçoit des présents pour répandre le sang innocent. Et tout le peuple répondra : Amen.

26. Maudite celui qui ne demeure pas ferme dans les ordonnances de cette loi, et qui ne les accomplit pas effectivement. Et tout le peuple répondra : Amen.

24. Maledictus qui clam perusserit proximum suum; et dicit omnis populus : Amen.

25. Maledictus qui accipit munera, ut percutiat animam sanguinis innocentis; et dicit omnis populus : Amen.

26. Maledictus qui non permanet in sermonibus legis hujus, nec eos opere perficit; et dicit omnis populus : Amen.

COMMENTARIUM.

VERS. 2. — CUMQUE TRANSIERITIS JORDANEM, etc., ERIGES INGENTES LAPIDES, DUODECIM NUMERO, scilicet pro numero duodecim tribuum; tot enim etiâ statuerat Moses, cum Israelitis legem recitaturus esset, Exodi 24, 4, unde id ipsum imitari jubetur Moses discipulus, Josue, inquit Masius et Serarius.

Nota. Licet Josephus videatur dicere, hosce lapides eodem fuisse cum lapidibus altaris, quod hic jubetur erigi, tamen verius est, ab iis fuisse diversos, ut satis hic significat Script. Ita Cyrillus in Glaphyris, Cajetan., Masius, Serarius, Abulens. et alii.

VERS. 2 et 8. — ET CALCE LEVIGABIS EOS (id est, ut Hebr. habent, *linies*, vel, *incrustabis eos calce*), idque ad hoc, ut, sicuti dicitur vers. 8, super eos scribas OMNIA VERBA LEGIS HUIUS PLANE ET LUCIDE, id est, inquit Judæi, cum punctis, quæ Hebræis sunt instar vocalium; hæc enim jam tum fuisse data Mosi, censent ipsi cum Cevalerio. Verùm hæc est fabella. Certum enim est, puncta Hebræorum diu post Christum, imò post tempora S. Hier. esse adinventata, uti docent Latini, hebrææ lingue peritissimi, imò ipse Rabbi Elias levita; ergo planè et lucidè, idem est, quod clarè et distinctè, unde hebr. est, *explamando benè*. Hinc patet, lapidibus hisce utriusque, minuto caractere inscriptam fuisse totam hæc legem, id est, totum Deuteronomium, tum ad excitationem presentium, tum ad memoriam posterorum, ut scilicet ipsi præcepta Dei, lapidibus hisce clarè inscripta, legere possent: unde in hæc ceremoniam, hancque legis descriptionem, non unus, sed plures insumpti sunt dies; nam non solum decalogum, ut vult Lyranus et Cajetanus, nec solas maledictiones et benedictiones, de quibus r. 15, ut vult Masius, nec sola præcepta legis affirmativa et negativa, ut vult Aben Ezra, hisce lapidibus fuisse inscripta, sed totum Deuteronomium, patet ex eo quod jubet in eis scribi omnia verba legis hujus, id est, Deuteronomii; et ita fecit reipsa Josue c. 8, 32. Unde patet, lapides hos fuisse grandes, quantum Deuteronomium non lapidibus propriè, sed calce, lapidibus illito, inscriptum

24. Maudit celui qui frappe son prochain en secret. Et tout le peuple répondra : Amen.

25. Maudit celui qui reçoit des présents pour répandre le sang innocent. Et tout le peuple répondra : Amen.

26. Maudit celui qui ne demeure pas ferme dans les ordonnances de cette loi, et qui ne les accomplit pas effectivement. Et tout le peuple répondra : Amen.

Insuper in eisdem locis scriptum fuerit. Ita Abulens. et Serarius, qui ostendit quomodo id fieri poterit, q. 20 in c. 8 Josue. Mystice Cyrillus in Glaphyris, per 12 lapides accipit 12 Apostolos, quibus inscripta fuit Dei lex, ita ut omnes eam in ipsorum verbis et moribus legere possent.

VERS. 12. — HI STANTUR AD BENEDICENDUM POPULO SUPER MONTEM GARIZIM, etc., SIMEON, LEVI, JUDAS, ISSACHAR, JOSEPH (scilicet Ephraïm et Manasse; hi enim fuerant filii Joseph; hæc ergo duo tribus, hic vocantur una, scilicet Joseph) et BENJAMIN. Nota. Mons Garizim imminet urbi Sichein, ut patet Judic. 9, 7, in quo tempore Alexandri Magni, Sanballath Samaritæ præfectus edificavit templum, cuius præfuit Manassen, fratrem Jaddi pontificis, ad quod conducebant Samaritæ, et alii à Judæis ejecti, teste Josepho lib. 11 Antiq. 7, cuius templi memini Samaritana, colloquens cum Christo, Joan. 4, 20. Malè ergo Andr. Masius Garizim collocat, non juxta Sichein, sed juxta Hai, cujus rationes multis confutat Nic. Serarius, in Josue 8, q. 14.

VERS. 15. — ET È REGIONE ISTI STANTUR AD MALEDICENDUM, ut scilicet sacerdotibus maledicentibus populo, non servanti legem Dei, applaudant, et respondeant : Amen, in MONTE HEBAL, RUBEN, GAD, ET ASER, ET ZABULON, DAN, ET NEPTHALI. Mons Hebal vicinus est monti Garizim, inter eos enim tantum interjacet vallis.

Nota. Hæc ceremoniâ et pompâ, voluit Dominus rudem populum, ad memorandam legem perficiendamque provocare; unde Levitæ, id est, sacerdotes, proclamando benedictiones et maledictiones, quasi feciales, fœdus inter Deum et populum innovarunt et confirmarunt. Tota ergo hæc res hoc ordine et modo peracta videtur, primò, in valle ipsâ, inter duos montes, Garizim scilicet et Hebal, stabant sacerdotes ii, qui arcam fœderis gestabant ut patet Josue 8, 33. Deinde circum hos stabant alii sacerdotes, ac Levitæ omnes : circum hos tertio, stabant majores natus, duces et iudices populi; quarto, deinceps tribus omnes, ita scilicet ut

sex designat starent ascendendo, versus montem Garizim; sex alie versus montem Hebal; quinto, Josue vel per se, tanquam Propheta, vel per sacerdotes, benedixit populum, uti patet Josue, 8, 34; sexto, sacerdotes aliqui, qui vocalissimi videbantur, legem recitarent; septimo, iidem condescenderunt cacumen montis Garizim, ut vult Abulens, vel potius in valle, juxta arcam consistentes, ut docent Hebraei, Masius; Serarius; et alii; ex editiore loco; vel ex suggestu, vertentes se versus montem Garizim, pronuntiarunt benedictiones; deinde vertentes se ad montem Hebal, pronuntiarunt maledictiones; idque appositè ad montium conditionem. Nam Garizim fertilis est et amoenus, ideòque versus eum rectè concipiebantur benedictiones, id est, omnis felicitatis precatio; sterilis vero et inamoenus est Hebal; imprecationes ergo et detestationes rectè accipiebant. Putat R. Salomon; sacerdotes post singulas benedictiones, quibus sex tribus respondebant: Amen, se convertisse ad Hebal, et contrariam maledictionem pronuntiasse, cui sex alie tribus, alternà quasi voce et choro; respondebant: Amen: hoc enim magis congruum et concinnum videtur. Alii verò, ut Andr. Masius, et Abulens; non minus probabiliter censent, sacerdotes primò omnes 12 benedictiones simul pronuntiasse ad Garizim, sex tribus respondentibus ad singulas: Amen; deinde post eas pronuntiasse ordine 12 maledictiones ad Hebal, sex aliis tribus respondentibus: Amen.

Prò benedictione hæc hic non describitur, sed eas ex maledictionibus, v. 15; colligere licet, has fuisse: prima: Benedictus qui non facit sculptile, sed unum Deum verum colit. Secunda: Benedictus qui honorat patrem et matrem. Tertia: Benedictus qui non transfert terminos proximi sui, et ita de cæteris usque ad 12, scilicet pro numero 12 tribuum. Denique benedictiones hæc fusiùs explicantur e. seq., v. 28, unde verisimile est, Josue, qui præceptum hoc benedicendi et maledicendi executus est, eodem tempore pariter caput hoc 28 populo relegi et promulgari curasse. Ita Andr. Masias.

VERS. 15. — ET RESPONDEBIT OMNIS POPULUS, ET DICET: AMEN. Hinc putant aliqui, ut Masius, omnes 12 tribus communi voce, ad singulas tam benedictiones, quam maledictiones, conclamasse: Amen. Verùm Verbum est, sex designatas tantum ad benedictiones conclamasse: Amen: alias sex tantum ad maledictiones conclamasse: Amen; hoc enim disertè dicitur v. 12.

Nota. Sex nobiliores tribus ad benedictiones responderunt: Amen; ad maledictiones vero amen responderunt sex tribus ignobiliores, videlicet quatuor prognatæ ex quatuor ancillarum filiis, scilicet, Gad, Azer, Dan et Ne-phthali; quibus additur Ruben, quia hic suo incestu maculavit torum patris; et Zabulon, quia hic ultimus fuit Læe filius; ita Ruben, et Theodor. q. 54.

Nota secundò. Singuli hic in tantà turbâ respondebant: Amen; licet enim à valle remotiores sacerdotum vocem non satis audirent, ipsa tamen ceremonie ratio, et primorum vociferatio illos admonebat, et insigne ab omnibus exprimebat Amen, inquit Serarius.

AMEN. Amen, ait S. Hier., ad Marcellam Epil. 137, et in fine comment. ad Galat. Aquila, Symmach. et Theod. verterunt Amen; id est, est, fideliter, vel verè; Septuag. verterunt p̄sentes, id est, fiat. Significat ergo amen verè, vel etiam firmiter; radix enim aman, significat firmare, stabilire; unde nomen emeth, id est, firmitas, stabilitas, veritas. Amen ergo non est particula jurantis, ut vulgus putat, sed affirmantis et confirmantis; affirmantis est, cum orationi præponitur, ut: Amen, amen dico vobis; confirmantis est, cum orationi postponitur. Rursùm cum postponitur, et significat consensum audientis, nunc assentis est et concessio, nunc optantis. Utròvis modo hic accipi potest; nam populus respondens: Amen, approbat benedictionem, vel maledictionem Levitarum, id est, sacerdotum, et simul optat illa fieri, idque ad hoc, ut sua benedictione benedictos, et execratione sua execratos, semper so meminissent, si bene vel malè agerent, inquit Cajetanus.

Tropologicè, Origenes homil. 9 in Josue et Rabanus hic: Juxta montem Garizim incedunt ad benedicendum, qui non metu pœnæ, sed celestis promissionis, et benedictionis æternæ spe et amore successi, tendunt ad salutem. Alii qui juxta Hebal, in quo maledictiones pronuntiatæ sunt, incedunt, sunt illi, qui non amore promissionum, sed timore suppliciorum impletæ legem, ut salventur. Omnes autem hi circa arcam incedunt, quia ab Ecclesiâ sicut non recedunt, licet nobiliores illi sint, quam hi. Josue autem constituit eos juxta hos montes, quia desus electos suos, vel spe præmii, vel timore pœnæ, ad salutem vocat et perducit; hucusque Origenes et Rabanus.

Anagog., Rupert. lib. 2, c. 5: Significatur, inquit, hic judicium universale: nam hi duo

colles contra invicem respicientes, puta Garizim et Hebal, significant duos ordines et duas stationes judicandorum; Garizim enim, id est, diviso, significat oves, que erunt ad dextram Christi, divise ab hædis, puta electos. Hebal, id est, vorago vetus, significat hædos, qui erunt ad sinistram Christi, puta damnandos ad gehennam. Sex nomina et tribus filiorum Israhel, erant in Garizim ad benedicendum, et sex in Hebal ad maledicendum; ita in judicio sex profertur opera misericordie, ob quæ ii qui erunt à dextris, benedicuntur, et sex opera immisericordie, ob quæ ii qui erunt à sinistris, maledicuntur; unde hi audient: *Ita, maledicetis, in ignem æternum.* Illi verò: *Venite, benedicetis.*

CAPUT XXVIII.

1. Si autem audieris vocem Domini Dei tui, ut facias utique custodias omnia mandata ejus, que ego præcipio tibi hodie, faciet te Dominus Deus tuus excelsiorem cunctis gentibus, que versantur in terrâ.

2. Venietque super te universe benedictiones istæ, et apprehendent te: si tamen præcepta ejus audieris.

3. Benedictus tu in civitate, et benedictus in agro.

4. Benedictus fructus ventris tui, et fructus terre tue, fructusque jumentorum tuorum, greges armentorum tuorum, et caule ovium tuarum.

5. Benedicta horrea tua, et benedicta reliquia tue.

6. Benedictus eris tu ingrediens et egrediens.

7. Dabit Dominus inimicos tuos, qui consurgunt adversum te, corruptentes in conspectu tuo: per unam viam venient contra te, et per septem fugient à facie tua.

8. Emittet Dominus benedictionem super cellaria tua, et super omnia opera manuum tuarum: benedictaque tibi in terrâ quam acciperis.

9. Suscitabit te Dominus sibi in populum sanctum, sicut juravit tibi; si custodieris mandata Domini Dei tui, et ambulaveris in viis ejus.

10. Videbuntque omnes terrarum populi quòd nomen Domini invocatum sit super te, et timebunt te.

11. Abundare te faciet Dominus omnibus bonis, fructu utri tui, et fructu jumentorum tuorum, fructu terre tue, quam juravit Dominus patribus tuis, ut daret tibi.

12. Aperiet Dominus thesaurum suum opti-

medicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Et totus populus, id est, omnes tam reprobi, quam electi, tacite respondebant: Amen. Sed et sedes duodecim, de quibus Matth. 19, 28, hic non omninò tacite sunt; nam duodecim maledictiones hic propositæ sunt, et totidem benedictiones, quasi singulæ de singulis sedibus prolatae sunt. Hucusque Rupertus.

VERS. 16. — QUI NON HONORAT (Hebr., qui respiciendū) PATREM SUUM.

VERS. 17. — QUI TRANSFERT TERMINOS AGRORUM, ut ita per dolum et injustitiam, dilatet prædia sua.

CHAPITRE XXVIII.

1. Que si vous écoutez la voix du Seigneur votre Dieu, en gardant et en observant toutes ses ordonnances, que je vous prescris aujourd'hui, le Seigneur votre Dieu vous élèvera au-dessus de toutes les nations qui sont sur la terre.

2. Toutes ces bénédictions se répandront sur vous, et vous en serez comblés, pourvu néanmoins que vous obéissiez à ses préceptes.

3. Vous serez bénis dans la ville, vous serez bénis dans les champs.

4. Le fruit de votre ventre, le fruit de votre terre et le fruit de vos bestiaux sera béni; vos troupeaux de bœufs et vos troupeaux de brebis seront bénis.

5. Vos greniers seront bénis, et les fruits que vous mettez en réserve participeront à la même bénédiction.

6. À l'entrée et à la fin de toutes vos actions, vous serez bénis.

7. Le Seigneur fera que vos ennemis qui s'élèveront contre vous, tomberont devant vos yeux. Ils viendront vous attaquer par un chemin, et ils s'enfuiront par sept autres devant vous.

8. Le Seigneur répandra sa bénédiction sur vos celliers, et sur tous les travaux de vos mains; et il vous bénira dans le pays que vous aurez reçu de lui.

9. Le Seigneur se suscitera, et se formera en vous un peuple saint, selon qu'il vous l'a juré, pourvu que vous observiez les commandements du Seigneur votre Dieu, et que vous marchiez dans ses voies.

10. Tous les peuples de la terre verront que vous portez véritablement le nom du peuple de Dieu, et ils vous craindront.

11. Le Seigneur vous mettra dans l'abondance de toutes sortes de biens, en multipliant le fruit de votre ventre, le fruit de vos bestiaux et le fruit de votre terre, qu'il a promis et juré à vos pères de vous donner.

12. Le Seigneur ouvrira le ciel, qui est son